

Roseū memoriale diuinorū eloquiorū Petri de Rosen:
hayn [illegible] Moradi. Dialogi Gregorii Papę.
Expositio Missę Metrica.
Iesuida Hieronymi de Vallibus.
Aegidij de Hostia consecratio
Homelia Vincentij O. Pd. etc de fine mundi
Tractatus de arte et vero modo prędicandi.

Varia vt in indice

# Prouerbia Senece

# Incipiunt prouerbia Senece secundum ordinem alphabeti·

Lienum est omne quicquid optando euenit
Ab altero expectes· alteri quod feceris
Animus vereri que scit· scit tutus aggredi
Auxilia humilia firma consensus facit
Amor animi arbitrio sumitur· non ponitur
Aut amat· aut odit mulier· nihil est tertium
Ad tristem partem strennua suspitio debetur
Ames parentem si equus est aliter feras
Aspicere oportet quod possis perdere
Amici vitia si fers· facis tua
Aliena omni ingenuo· acerba est seruitus
Absentem ledit qui cum ebrio litigat
Amans iratus multa mentitur sibi
Auarus ipse miserie causa ē sue· amās quid cupit scit· q̄d
sapiat non videt· amās q̄d suspicat̄ vigilans· somniat
Ad calamitatem quilibet rumor valet
Amor extorqueri non potest· sed elabi potest
Ab amante lachrymis redimamus iracundiam
Aperte cum est mala mulier· tum demum est bona
Auarum facilem capias vbi non sis idem
Amare et sapere vix a deo conceditur
Auarus nisi cum moritur· nihil recte facit
Astute crines dum celantur· etas indicatur
Auarus damno potius q̄ sapiens dolet
Auaro quid mali optes· nisi vt viuat diu
Animo dolenti nihil oportet credere
Alienum nobis· nostrum plus alijs placet
Amare iuueneni fructus est· crimen seni

Anus cum ludit·morti delicias facit
Amoris vulnus idem qui sanat facit
Ad penitendum properat cito qui iudicat
Amicos res optime parant. aduerse probant
Aleator quanto in arte est·tanto est nequior
Amor ocioso causa sollicitudinis est
Aberrare a fortuna tua non potes. obsidet te
A quocunqz descenderis·magno apparatu sequitur
Acerrima virtus est. quam vltima necessitas excutit
Agat princeps curā nō tm̄ salutis. sz honeste cicatricis
A duabus causis prestare princeps solet·si aut se vindicat
aut alium·,

B

Bis est gratum quod opus est·si vltro offeras
Bonarum rerum consuetudo pessima est
Beneficium qui dare nescit. iniuste petit
Bonum est fugienda aspicere in alieno malo
Benefitium accipere·libertatem vendere est
Bona nemini hora est. vt non alicui sit mala
Bis enim est mori·alterius arbitrio mori
Benefitia plura recipit·qui scit reddere
Bis peccas cum peccanti obsequium accōmodas
Bonus animus lesus·grauius multo irascitur
Bona mors est homini·vite que extinguit mala
Benefitium dando accepit·qui digno dedit
Blanditia non imperio sit dulcis venus
Bonus animus nunquā erranti obsequiū accommodat
Benefitium qui se dedisse dicit·petit
Beniuoli coniunctio animi maxima est cognatio
Benefitium sepe dare. docere est reddere
Bonitatis verba mutare maior malitia est
Bona opinio homi tutior pecūia est·bonū qd̄ ē supprimit
nequaqꝫ extinguit bis·vincit·qui se se vincit in victoria

Benignus etiam dandi causam cogitat
Bis interimitur qui suis armis perit
Bene dormit qui non sentit quã male dormiat
Bonorum crimen est offitiosus miser
Bona fama in tenebris proprium splendorem obtinet
Bene cogitata si excedunt non occidunt
Bene perdit nummos iudici cum dat nocens
Bonis nocet qui malis parcit
Bon9 iudex ẽ. qui nouit dispẽsare qđ dandũ ẽ ⁊ q̃tenus
Bone iusticie proximus modus est seueritas
Benefitium est eo carere quod inuitus possideas
Benefitium est semper reddere bonitatis verba
Bonum est reddere bonitatis verba
Bonum est reddere bona verba etiam inimicis
Bona que veniunt nisi sustineant cadunt vt opprimant
Bona imperante anima est pecunia
Bonum ad virum cito moritur iracundia
Breue mẽs ipa ẽ memoria iracũdie bona turpido est
que periculum vindicat
Bona comparat presidia misericordia
Benefitium dignis vbi des omnes obligas

C

Onserua vitia serimus nisi reprehendimus
Crudelis in re aduersa obiurgatio
Cauendi nulla est dimittenda occasio
Cui semper dederis vbi neges rapere imperas
Crudelem medicum intẽperans facit eger
Cuius mortem amici expectant vitam oderunt
Cum inimico nemo gratiam cito redit
Citius venit periculum cum contemnitur
Casta ad virum matrona parendo imperat
Cito ignominia fit superbi gloria
Consilio melius vincas quã iracũdia

Cuiꝰ dolori remedium est pacientia
Cum vitia prosunt peccat qui recte facit
Contumeliam nec fortis potest·nec ingenuus pati
Conscientiam amici·nullius inuenit lingua preceps
Contemni est leuius quam stultitiam percuti
Comes facundus in via pro vehiculo est
Cito improborum leta ad pernitiem cadunt
Crimen relinquit vite. qui mortem appetit
Clementia in quamcunqꝫ domū venerit·felicem eam tranquillāqꝫ prestabit
Clementia est temperantia animi in potestate vlciscendi
Clementia est leuitas superioris aduersus inferiorem
Consuetudo peccandi·multitudinem facit peccantium

Discipulus est prioris·posterior dies
Damnare est obiurgare cum auxilio opus est
Diu apparandum est bellum vt vincas celerius
Dixeris maledicta. cum ingratum hominem dixeris
De inimico non loquaris malum·si cogites
Deliberare vtilia·mora est tutissima
Dolor decrescit·vbi quo crescat non habet
Dediscere flere feminam est mendatium
Discordia fit charior concordia
Deliberandum est diu quicquid statuendum est semel
Difficilem habere oportet aurem ad crimina
Dum est vita grata·mortis conditio est optima
Damnum appellandum est cum mala fama lucrum
Ducis in consilio posita est virtus militum
Dies quod donat timeas. cito raptum venit
Dimissum quod nescitur non admittit
Difficilius est moderari·vbi dolori debetur vlcio·quam vbi exemplo

E

Etiam innocentes cogit mentiri dolor
Etiam peccato recte prestatur fides
Etiam celeritans in desiderio mora est
Ex vitio alterius sapiens suum emendat
Et deest et superat miseris cogitatio
Etiam obliuisci quod scis· interdum expedit
Ex hominum questu· facta est fortuna dea
Effugere cupiditatem regnum est inuenire
Exuli vbi nusquam dom⁹ est· sine sepulchro est tanquam mortu⁹
Et qui faciunt odiunt iniuriam
Eripere telum et non dare irato decet
Exilium pati· est patrie se degenerare
Etiam capillus vnus habet vmbram suam
En quammiserum est fieri· metuendo senem
Etiam hosti est equus qui habet iu consilio fidem
Excelsis malis facilius casus nocet
Errat si quis existimat tutum diu esse regem
Ex leua animaduersione nulla regi gloria est
Euadere possūt pusilla mala· et vba dare ingentib⁹ obuiā it
Excusationem querere vitiū est· omnia ad deū relinque
Elemosyna nō tam accipientib⁹ quam dantibus prodest
Ex spe premij· solatium fit laboris

F

Idem qui perdit. se seruat in reliquum
Fortuna cum blanditur· captatum venit
Fortunam citius reperies. quam retineas
Formosa facies muta commendatio est
Frustra rogatur· qui misereri non potest
Fortuna vnde aliquid fregit· casus est
Fraus est accipere quod non possis reddere
Fortuna nimium quem fouet· stultum facit

Fatetur facinus is·qui iuditium fugit
Felix improbitas. optimorum est calamitas
Feras·non culpas·quod immutari non potest
Futura pugnant·nec se superare sinant
Furor fit·lesa sepius patientia
Ficta cito ad naturam suam recidunt
Fidem qui perdit nihil potest vltra perdere
Facilitas animi·ad partem stultitie rapit
Fides vnanima vnde abijt nunquam redit
Fidem nemo vnquã perdit·nisi qui non habet
Fortuna obesse nulli contenta est semel
Fulmen est; vbi cum potestate iracundia habitat
Frustra cũ ad senectutẽ ventũ est repetes adolescentiam
Falsum maledictum·maliuolum mendacium est
Femine naturam regere. desperare odium est
Feras difficilia·vt facilia leuius feras
Fortuna nemini plus·quam consilium valet
Fortuna vitrea est·que cum tantum splendet frangitur
Feras quod ledit·vt quod prodest perferas
Facit gratum fortuna quem nemo videt
Facilius priuatis ignoscitur·pertinaciter se iudicantibus
Frequens vindicta. paucorꝝ odiũ reprimit·omniũ irritat

G

Raue preiuditiũ est·quod iuditium n on habet
Grauissima est ꝑbi hominis iracundia
Grauis animi pena est·quem post factuꝫ penitet
Grauis animus dubiam non habet sententiam
Graue est malum omne·quod sub aspectu latet
Grauius nocet·quodcunqꝫ inexpertum accidit
Grauior est inimicus·qui latet in pectore
Grauissimum est imperium consuetudinis
Graue crimen etiam cum dictum est leuiter nocet
Grauis a magnis ad maiora fit

H

Eu quam difficile est glorie custodia
Homo extra corp⁹ suũ est· cũ irascit͞ heu quã timi
dus qui se mori tutum putat homo qui in homĩe
calamitoso est misericors meminit sui
Honesta turpitudo est mori pro bona causa
Habet in aduersis auxilia· qui commodat in secundis
Heu quã miserũ est discere seruire· vbi sis doctus domĩari
Heu quam miserum est fieri metuendo senem
Heu quã miseꝝ est ab illo ledi· de quo non possis queri
Hominem experiri multa. paupertas iubet
Heu dolor quã miser est· qui in tormento vocẽ nõ habet
Heu quã penitenda incurrunt· viuendo diu
Habet suum venenum· blanda oratio
Homo tociens moritur quotiẽs amittit suos
Homo semꝑ in se aliud fert· in alterum aliud cogitat
Honestus timor· alterum patrimonium est
Homo nescit si sine dolore fortunam inuenit
Honeste seruit· qui succumbit tempori
Homo vite commodatus est· non donatus
Heres fictus· sub persona risus est ¶ nupcie
Heredẽ scire vtili⁹ ẽ· ꝙ querere hñt locũ maledicti crebre
Hec clementia principem decet· vt quocunqꝫ venerit man-
suetiora omnia faciat ¶ funera
Haud min⁹ turpia sũt principi mł̃ta supplitia· quã medico

J

Nferior horrescit quicquid peccat superior
Inimicum vlcisci· vitam accipere est alteram
Id agas. ne quis meri to tuo te oderit
Inuitũ cũ retineas· exire icitas ingenuitatẽ ledis cũ indig
num roges
In nullo auarus bonus est· in se pessimus

Inopi benefitium bis dat·qui dat celeriter
Inopia parua desunt·auaritie omnia
Instructa inopia est·in diuitijs cupiditas
In se vitat culpam qui peccatum preterit
Iucundum nihil est·nisi quod reficit varietas
Ingenuitas non recipit contumeliam
Impune peccat in eum·qui peccat rarior
Ingratus vnus miseris omnibus nocet
In miseri vita·contumelia est
Ita amicū habeas·posse vt facile fieri hūc inimicū putes:
Inuidiā ferre·aut fortis aut felix potest·in timore semper
mendax iracundia est·inuidia tacite. sed minute irascitur·
Iratū breuis vites·s inimicū diu iniuriarum remediū ē obliuio
Iracundiam qui vincit hostem superat maximum
Iocum tacentem crimen faciat acrius
In malis sperare bonum·nisi innocens nemo solet
In vindicando criminosa est celeritas
Inhonesta res est suos vincere·satis est potuisse punire:
Imago animi sermo est.qualis est vir talis oratio
In felicitate se erigere·est felicitatem submittere
In felice felicitas est innocentia·nequitia ipsa pena sui est
inimicum quamuis humilem·docti est timere
In calamitoso·risus etiam iniuria est
Iudex damnatur·cum nocens absoluitur
Ignoscere humanum est·vbi pudet cui ignoscitur
In rebus dubijs·plurima est audatia
Illo nocens se damnat quo peccat die
Ita crede amico.ne sit inimico locus
Iratus etiam facinus consilium putat
Inuidia id loquitur·nō qui subest irritare est calamitatem:
cū te felicem vocaueris ius supra omnē iniuriā positū scias
Imbecillos oculos eē·q̄ ad alienā lippitudinē suffundūtur

L

Dco ignominie est·apud indignum dignitas
Laus noua vbi oritur·etiam vetus admittitur
Leso doloris remedium·inimici dolor
Leuis est fortuna·que cito reposcit quod dedit
Lex vniuersalis·que iubet nasci et mori
Lucrum sine damno alterius fieri non potest
Lasciuia et laus.nunq̄ habent concordiam legē nocens
ferretur ·fortunam innocens
Libido iuditium est quod leuitas sapit
Libido etiam cunctos sub vultu domat
Laxa crudelitas:non est vocanda clementia

M

Alignus fieri·maxime ingrati docent
Multis minatur:qui vni facit iniuriam
Mora omnis odio est·sed facit sapientiam
Mali causa est·que requirit misericordiam
Mori est felicis·antequam mortem inuocet
Miserꝝ est a rege cogi·quod cupias loqui·miserrima ē for
tuna·que inimico caret malus est vocandꝰ·qui sua est cau
sa bonus·monstro similis est.auaritia vnica
Malis displicere·landari est
Malus vbi bonum se simulat·tunc est pessimus
Metus dum venit earum habet sonus locum
Mori necesse est·sed non quotiens volueris
Male geritur·quicquid geritur fortune fide
Mortuo qui mittit munus nihil dat illi·sibi adimit
Minus est quā seruus dominus·q̄ seruos timet
Magis heres fidus nascitur·q̄ scribitur
Malos in consilio femine vincunt viros
Mala est voluntas·ad alienum consuescere
Maximo cum periculo custoditur·quod multis placet

Mala est medicina· vbi aliquid nature perit
Male nature· nunq̄ doctrina indigent
Miseriam nescire· sine periculo est viuere
Male viuunt qui se semper victuros putant
Maledictum interpretando facies acrius
Male secum agit eger. medicum qui heredem facit
Minus decipitur· cui negatur celeriter
Mutat se bonitas· cum irritatur iniuria
Mulier cum sola cogitat male cogitat
Malefacere qui vult· nusq̄ causam inuenit
Maliuolus semper sua natura vescitur
Multos timere habet· quem multi timent
Male imperando summum imperium amittitur
Mulier que nubit multis. multis non placet
Misera est egritudo animi· ob alienaꝝ speciem miseriaꝝ
Misericordia non causam sed fortunam spectat
Magnam fortunam· magnos animos decet
Magni animi ē ꝓpriū esse ⁊ tranquillū ⁊ iniurias atq̄ offē
siones semper despicere
Muliebre ē furere in ira misericordia est vicina miserie ha
bet enim aliquid trahitq̄ ex ea
Malo veris offendere q̄ placere adulando
Morbum esse scias non hilaritatem semꝑ arridere ridenꝰ
tibus· et ob oim estimationē ipsum quoq̄ os deducere·

N

Nihil agere semper infelici est optimum
Nihil peccent oculi· si oculis animus imperet
Nihil proprium dicas· quod mutari possit
Non cito ruina perit· vir qui ruinam timet·
Nullus est tantus questus q̄ eo quod habes carere
Nescis quid optas aut quid fugias· ita ludit dies
Nunquam periculum sine ꝑiculo vincitur

Nulla est tam bona fortuna· de qua nihil queri possis
Nusq̄ melius morimur hoīes quā vbi libenter vixim⁹·
Negandi causa auaro nunquam deficit
Nondum felix es. si nondum te turba deridet
Nam si nullos inimicos tibi iniuria· mltos tamē inuidia
Nō eñ aspiciat q̄ plenas q̄sq3 man⁹ deo· s3 q̄ puras ad=
Nō eñ alit nisi optim⁹ anim⁹ pulcherrimus dei cultus ē
Non alit viuas in solitudine ·aliter in foro ¶ moueat
Nihil petas quod negaturus es
Nihil negabis quod petiturus es
Nihil magnū ē in reb⁹ hūanis· nisi aīm⁹ magna despiciēs
Nihil interest quo animo facias qd̄ fecisse viciosum est
Nam facta cernuntur· animus non videtur
Non q̄ multis placeas sed quibuslibet stude
Nequitia ipsa pena sui ē nā mala ꝯsciētia sepe tuta ē secura
Neminem cito accusaueris ¶ nunquam
Neminem cito laudaueris
Nullū putaueris esse locū sine teste nulla pusilla dom⁹ q3
multos recipit amicos nunq̄ scel⁹ scelere vindicanduz est·
Nimium alterando veritas amittitur
Nō multū sup̄ eū eminet quis. cui se trascendo exequat
Nobil' possessio sapiētia ē q̄ distributa suscipit incremētuz
auarum dedignata possessorē cito nisi publicet̄ elabitur
Non alia facies est quieti moratiq3 imperij· quam sereni ce
li et nitentis
Nullum ex omnibus clementia magis· quam regem aut
prelatum decet
Nemo potest personā diu ferre fictam. ficta cito in naturā
suā recidunt· nunq̄ liquidum sincerumq3 ex turbido venit
Nullum morosius est animal maioriq3 arte tractandum
quam homo et nulli maioriq3 arte tractandum quam ho=
mo et nuli magis parcendum quam homini

O

Mne peccatum est actio
Om̄is actio ē volūtaria· tā honesta quam turpis
Omne ergo peccatum voluntarium est
Omittite excusationem nemo peccat inuitus
Om̄e vitiū hȝ patrocinium suū odia mltoꝝ sub oculo latent
Oia tn̄ pādunt cū nō dico si cecideris sed si titubaueris
Omnis effect⁹ hȝ· vt in eo in quo ipse insanit· in idem pu-
tet ceteros furere· oēs em̄ vitā differētes· mors incerta per
uenit· ois itaqȝ dies velut vltim⁹ ordinādus ē opinant de
te homīes male sȝ mali displicere enim malis laudabile est
Oratorē te puta· si tibi ipsi quod oportet persuaseris
Odium oportet peccandi non metum facias
Obiurgationi semper aliquid blande admisce
Optimū est semp ignoscere tanquā si ipse pecces quottidie
Optimū est maioꝝ vestigia sequi· si recte pcesserunt
Omnis doctor inuite orationis peccans turpior est
Ob hoc ꝙ in offitio cui⁹ magister esse vult labit omni re-
moderatio est adhibenda· que sanabilia ingenia distingue
re a deterioratis sciat

P

Eccādi duo sūt genera· aliud ex ꝓposito· aliud ex negli-
Plerīqȝ metu cessāt peccare nō inocētia ¶ gentia
Profecto tales timidi nō innocētes sūt dicendi
Priusquā promittas deliberes vt cum promiseris facias
prius si negaueris fecisse postea fallere est
Propt causā mlto amico dab· mlte etiā causa ꝯ amicum
Pro eo religiosior eris quo melior
Prestabis parentibus pietatē. cognatis dilectionem
Prestabis amicis fidem· omnibus equitatem
Pacem cum omnibus habebis. bellum cum vitijs

Pecunie impare oportet· non seruire
Pecunia si vti scias ancilla ē· si nescias domina ē
Putand⁹ ē recte fortior· q̄ cupiditates tanq̄ hostes subijcit
Patria est vbicunq̧ bene vixeris
Peior sunt tecta odia quam aperta
Propterea te loquax īimic⁹ tuciorē quā taciturn⁹ ostēdit
Proximū ad inocētiā tenet locū verecūdia et pcti confessio
Plerinq̧ cū stultis maledicunt· ipsi sibi conuiciū faciunt
Perturpe ē eni quod obijcitur in obijciente cognosci
Pulcherimū est omnia prestare. nihil exigere
Principiū discordie ē· aliquid ex cōmuni ꝓpriū facere
Plerinq̧ famam cōscientiam pauci verentur
Parcendum est im probandis ciuibus· non aliter quam membris languentibus
Principium seuicie bellum est
Pestifera vis valere ad nocendum
Prope est vt libenter damnet qui cito
Prope vt non que damnet qui nimis
Peccaudi verecundiam facit ipsa clementia rēgentis

Q

Uidē quosdā occidūt īimicos· nō qr habeāt· f qr
Quē īimicū ē nocuisse· l' qr odēis ledē = metuerāt
Quanto iniquius ē odisse· quia leseris
Quam magnarum virum est negligere ledentem
Qui enim vindicat· sentit
Quis sis interest· non quis habearis
Quāuis agas vt ne quis merito tuo te oderit· eruntq̧ tamen qui semper oderint
Quam magnum est non laudari· et esse laudabilem
Qui succurrere perituro potest· cum nō succurrit occidit
Quid est homini inimicissimum· alter homo
Qui ꝓpter pecunie vel libidinis amorem morit ostendit·

se nunquā sui causa vixisse
Que sunt maxime diuitie·non desiderare diuicias
Quis plurimū habet·is qui minimum cupit
Quid est dare beneficiū·imitari deum
Quis est pauper qui sibi videtur diues
Quidam inimici graues sunt amici leues
Quietissime viuerēt homies in terris·si duo v̄ba tollerēt
Qui paupertatem timet timidus est ¶ scz meū ⁊ tuuz
Quod tacitum esse vis·nemini dixeris
Quia nō poteris ab alio silētiū exigē·si tibi ipe nō p̄stas·
Qui equo animo malis miscetur·malus est ¶ potestatē
Qui seruꝰ crudelis·ē ondit in alijs volūtatē nō deesse sed
Qui ob hoc iniuriā facit qz potest·cito desinit quia fecit
Quid dulciꝰ quā habere amicum.cū quo omnia audeas
Quem sic credis vt te.cui sic loquaris quasi tecum
Quanti tales amicos habē voluerūt ⁊ ipe tales eē nō pn̄t
Quo se fortuna et fauor inducit hominem
Quicq̄d equo plꝰ futuꝶ ē in ptē hūanioꝛē inclina vel pre
Quid eo infeliciꝰ·cui iā malū esse necesse est ¶ pondera
Quid potest ab eo quisq̄ sperare quem maluz esse docuit
Quottidie damnatur qui semper timet
Quottidie est deterior posterior dies

R

Epelli se homies facilius·q̄ decipi possunt
Respue crudelitatē·et matrem crudelitatis iram
Reuera memoria benefitioꝶ fragilis ē iniuriaꝶ tenax
Ridiculum est odi nocentis innocentiam perdere
Res vera est qui a multis timetur inuitos timet
Regibus est peius multo q̄ seruientibus
Reuera qua illi singulos isti vniuersos timent
Res ipa vt ipa re possūꝰ efficiet·si polliceri ꝑperādꝰ hoēsta
Rē maximā sibi ꝓmittit sapiētia·vt te reducat tibi recta·
ingenia debilitat verecundia·praua confirmat audatia

Res optima est nō sceleratos extirpare sed scelera
Recte parentē et misериorē laudas. qr ptinet ad gloriā tuā
Res magne clemētie ē idulgēdo corrigē pctā q̄ vidicādo
Rege incolumi mens omībus vna est. amissorꝫ pete fidem
regibus certior est. ex mansuetudine securitas

S

Unt quorum corpus innoxium est. et in mille facinorum furias mens ociosa discurrit
Si in clientulam felicis hominis potentisqꝫ perueneris aut veritas aut amicitia perdenda est
Si vis beatus esse. cogita hoc primum contemni
Si multis placuerit vita tua. tibi placere non poterit
Solitudinē querit. qui vult cum innocentibus viuere
Stultum est timere. quod vitari non potest
Semper dissensio ab alio incipiat. a te reconciliatio
Succurre paupertati amicorum. immo pocius occurre
Secrete admone amicos: palam lauda
Si bene te institueris. pudeat te fieri deteriorem
Si quis irascitur penas ab alio expetit a se exegit
Seuerissie em̄ nos aduersū peccātes gerimꝰ. et ipse eadem
Seueritas assidua amittit auctoritatem ¶ cōmittimus
Sicut formosa pictura est cuiꝰ nulla ps erat. sic formosus homo in quo nulla ps peccat feda est. proiñ hoc domi. hoc foris. hoc omi genere vite teneamꝰ. vt nob inexorabiles simus. exorabiles illis q̄ nō nisi sibi dare veniaꝫ nesciūt
Si inuitus pares seruus es. si volens minister
Scias eum multis virtutibus abūdare. q̄ alienas amat.
Si inuideris maior eris nam qui inuidet minor est
Scito quid est inuidia. dolor animi est ex alienis cōmodis
Scito etenim illud. q̄ nulli inuidet bonitate preditur
Sūt mlti q̄ plurimū verbis. no ɔtennūt. sꝫ ipa q̄ spernūt.
Seueritatē abditā clementiā in ꝓcinctu hꝫ ¶ clam furāt.
Sapiens nihil facit qđ nō dꝫ. et nihil ꝑtermittit qđ dꝫ
Seruis imperare moderate. laus est

T

Timid⁹ cautū se vocat sordidus parcum
Tutissima res ē nihil timere preter deum
Tene semper vocis et silencij temperamētū
Tū et in hoc incūbe· vt libēcius audias quam loquaris
Tacere qui nescit· nescit loqui
Tristiciam si potes· ne admiseris
Turpe prebet spectaculum· anim⁹ eger
Turpia ne dixeris paulati eni pudor rerꝫ ꝑ verba discutit
Transibit sermo in effectū si honesta loquamur
Tollerabilior est qui mori iubꝫ quā qui male viuere
Tollerabilior pena est non posse viuere quam nescire
Talem diligentiaꝫ exhibe in amicicijs comparādis· vt in
cipias amare quem deinceps possis odisse
Tu primū exhibe te bonū et sic queras alterꝫ tui similem
Turpi⁹ nihil est ꝙ cuꝫ eo bellū gerere· cū quo familiariter
Tā omib⁹ ignoscere· quā nulli credulitas est ¶vixeris
Tādiu a ꝑiculo oberit popul⁹ quamdiu sciet ferre frenos
Tyrann⁹ a rege distat factis· non nomine

V

Vix quisꝙ in bonum nisi ex malo transit
Vis omib⁹ eē not⁹· pri⁹ effice vt neminē noueris
Vis habere honorem dabo tibi magnū impiū· impa tibi
Vide si ad huc mal⁹ es similibus parce
Ver⁹ eē destitisti· quare alijs locū emēdacionis abscidas
Vicium prius fuit obseruacio nunc mos est
Verum nō dicimus non audimus
Utilis educatio et disciplina· mores facit
Unde bona consuetudo excutere debꝫ· ꝙ mala instruxit
viriliter feras ꝗ necesse ē· dolor paciētia vincitur
Verba rebus· non personis accipienda sunt
Vires tuas amici beneficijs· inimici iniurijs senciant

Vita oīa breuis est·ideo immortalitas est mors honesta
Vir est bonus qui intantum perduxit animum suum·vt non modo nolit peccare·sed etiam non possit
Vt aliquid auri extrahamus·terram peruertimus
Vt summū bonū occupemus·scrutari pectus piget
Virtutē cui⁹ pgressū videris·nō exitū fineq̃ desperes
Volunt homines ita preceptum esse vt viuunt non ita viuere vt preceptum est
Vtendum est de diuitijs et non abutendum·vt nec inde a superioribus contempnaris nec ab inferioribus timearis
Vbi vsitata remedia non precedunt·tenta contraria
Vbi discrimen inter bonos malosq̃ sublatum est confusio sequitur et vitiorum eruptio
Venia est pene debite remissio·vt fulmina paucorꝫ periculo cadunt omnium metu sic animaduersiones magnarum potestatem terrent lacius q̄ nocent
Vtinam ea lex homini esset vt cum telo suo frangeretur: nec sepius liceret nocere quam semel.

Z

Elum de deo tantum habeas. non contra homīes
Zelari autem hominibus vitiosum est

Expliciunt prouerbia Senece
·J·S·

Sillaba commutat tempus qua positura
Et natura sua producit mox plurale et rex
huius accentus est acutus cum regit illam
Tempus et accentus non predicta notatur
Sed duo sunt alia satis expositis manifesta
Tempus et accentus post debent notificari
Sillaba longa longa brevis est vel communis
Ergo de brevibus et de longis sibi nomina facedi
Primo pone communem arte prosodiemque

Illa longatur in qua tamen diptongus habetur
praecedit mutabit sic foenum et eum plurabit
Consona vocalis precedens bina vel unum
duplex composita dictis vel immediate



330 331
332 333
334 335
336 337
338